BASILIENSIA
Basel, 1433-1434
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=498
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in determinate principio de ipo inquiens Amen amen dico
tibi sicut Nicodemo
Nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum dei Et ni multiplex sit
nativitas Carnalis sicut aqua idem Nicodemus intelligebat cum dicit
Quo potest homo nasci cum sit senex Numquid potest in ventre matris suae
introire et renasci Et spiritalis ad declarandum de aqua et spiritu nativitatem
intelligitur mox subiungit cum modi ipsum ordens Amen amen dico
tibi Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire
in regnum dei Ita est omnimode in proposito quod ni multiplex sit questio
silicet carnalis de aqua ad litteram Judei intelligebant Carnalis et spiritalis
ut in prima parte declaratum est / ipsius loquendo de manducatione suae carnis
pro premisit principium indestructibile et indestructibile nia exprimens modum ma-
ducandi dicens Amen amen dico vobis Nisi manducaveritis filii hominis et bi-
beritis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis postmodum vero quod hoc fiet et quis
modus esset manducandi suae carnis declarans inquiens Qui ma-
ducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo Quia
igitur principium baptismi indestructibile determinat et declarat per aquam
et spiritum visibilem Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto Ita principium
indestructibile de manducatione suae carnis determinat et declarat per illud
quod dicit In me manet et ego in illo Hoc autem non mea sed Augustini
sententia est Amen 23 sup Joh ubi primo declarat quibus sit cibus iste
et potus, de quo ipsius hic loquitur Nisi manducaveritis et biberitis sanguinem Ita dicit
hic utique cibi et potus spiritualis volt intelligi et corporis et membrorum
suorum quod est ecclesia congregatio praedestinatorum et iustificatorum et
glificatorum sanctis et fidelibus eius / quorum primum ita factum est
idest praedestinatio / 2m et 3m factum est et fit et fiet a vocatio et
iustificatio / 4m vero nunc in spe / nunc autem factum est 1 glorificatio
huius rei sacrum a veritatis corporis et sanguinis Christi / Aliquibus
cottidie / aliquibus certis intervallis dierum in dominica mensa pertinet
Et de mensa dominica sumitur quibusdam adversum quibusdam ad
optimum / Res vero ipsa cuius sacrum est omni homini adversa nulli ad
optimum quicunque eius participes sunt Hoc Augustinus Ecce quid apte hic
doctor declarat quid intelligitur dicto per cibum et potum Christi loquitur
in praesenti tempore Nisi manducaveritis Et cum hic cibum et potum spiritualem